



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Laicus delinquens in Ecclesia, an debeat puniri per iudicem laicum, vel ecclesiasticum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

platione, sive ad eorum preces, & instan-
tia, quam etiam motu proprio, & ex certa
scientia, deque Apostolicæ potestatis ple-
nitudine, ac per modum statuti, & legis
perpetuæ, etiam in vim contractus, de S. R.
E. Cardinalium consilio, sub quibuscunq;
tenorib⁹, & formis, & cum quibusvis præ-
servativis, restrictivis, mentis attestativis,
derogatoriarum derogatoriis, aliisque vali-
dissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis,
irritantibusque, & aliis decretis, etiamsi in
eis caveretur expresse, quòd illis, nisi sub
certis modis, & formis, & nisi de expresso
eorum consensu, ad quorum favorem
concessa fuerint, derogari posse, & aliter
factæ derogationes nullius essent roboris,
vel momenti. Quæ omnia, & singula, ac
illorum tenores pro expressis habens, qua-
tenus præmissis in aliquo adversarentur,
aut plures quàm superius expressos casus
continerent, auctoritate Apostolica omni-
no, ac perpetuò abrogavit, ac ad terminos
hujusmodi suæ constitutionis, quoad sa-
perius descripta, duntaxat reduxit, & no-
luit cuiquam de cætero suffragari, ut in
eadem constitutione sub Dat. Romæ An-
no 1597. Nono Kal. Junij.

21 Dicta constitutio ¶ reducitur, moderatur,
& revocat omnia in contrarium concessa
stante præsertim clausula, quorum tenores
pro expressis, &c. quæ operatur, ut totus
tenor contrariorum habeatur pro expres-
so, ac si expressum foret specificè in con-
stitutione derogatoria. Burr. in cons. 2. col.
1. vers. hù tamen non obstantibus. Felyn. in
s. nonnullis n. 6. vers. nam id ad quod. de re-
scrip. Cassad. decis. 10. num. 2. super regul.
Canc. & Gabr. com. consl. de claus. conc. 5.
sum. 1. & num. 14. lib. 6.

Ne autera mali homines impunitatem

suorum excessuum ¶ per defensionem Ec-
clesiæ obtinere sperantes homicidia, &
mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis
vel earum cæmeteris committere præsu-
mant, talia crimina in ecclesiis, vel cæme-
teriis committentes, immunitatis privilegio
non gaudent, cum frustra legis auxilium
invoect, qui committit in legem, & in eo
in quo quis delinquit, puniri debet. c. fin.
de immunit, eccles. cap. frater, & capiscop-
pus, & cap. ad Episcopos, 17. q. 4.

23 An in ecclesia delinquentes, ¶ sint curiæ
seculari tradendi? Videtur, quòd sic, quia
laicus delinquens in ecclesia per suum judi-
cem laicum, & non ecclesiasticum venit
puniendus. Bart. in l. si cui §. fin. n. 3. ff. de
accus. & Abb. in cap. cum sit generale, num.
27. de for. comp. tamen negari non potest,
quin delinquens in ecclesia committat sa-
cilegium. cum per hoc violaverit ecclesiæ
immunitatem, præsertim, si eam sanguinis
effusione polluerit. Innoc. in cap. cum pro
causa. n. 1. in si. de sent. excom. & Abb. in
c. fin. n. 5. de immunit. eccl. & cum sacrile-
gium sit misti fori. Abb. in c. 2. n. 3. de spons.
duo. Fel. in d. o. cum sit generale, n. 1. & 16.
de for. comp. & Olaseh. decis. 103. num. 7.
dictum tamen Bartoli procedit, quando
iudex laicus prævenit, & habet reum in
suis carceribus constitutum, quem ad judi-
cem ecclesiasticum remittere non tenetur,
sed si iudex ecclesiasticus prævenit in ca-
ptura, vel processu, ipse debet causam co-
gnoscere, & reum punire, quia est locus
præventioni, sed non intra ecclesiam. Fe-
lyn. in eod. cap. cum sit. num. 12. de for-
com. & Olaseh. d. decis. 103. num. 7. cir-
ca fin.

24 Quæritur in causa ¶ misti fori, an puni-
tus per iudicem secularem, vel contra, pos-
sit.